40 Item † adde, quòd ſtatutum de puniendo libero arbitrio iudicis, non reſpicit caſum, vbi eſt pæna determinata à ſtatuto. Paul. de Caſtro in l. certo genere, §. ſi totus in fin. de ſeru. ruſt. præd. Mazzol. conſ. 18. nu. 67.

41 Item † adde, ſi ſtatutum diceret, poſſit iudex arbitrari vſque ad mortem; non poſſet imponere pœnam mortis, quia tunc dictio vſq. ſtat excluſiuè. Socinus in capitulo licet, nume. 18. de pœn.

Item adde, ſi ſtatutum diceret, quòd debeat puniri corporaliter ad arbitrium iudicis, non poterit extendi ad mortem, ſecundum Caſſan. ſuper conſuetu. Burgund. folio 170. num. 4.

42 Item † adde, quòd licet iudex habeat arbitriū in delictis attentatis, non tamen conſumatis, non poteſt pęnam mortis arbitrari, Bald. in conſ. 443. co quus confecit venenum, colum. 2. vol 1. Caſſan. ſuper conſuet. Burgun. §. 5. folio 173. verſ. ſecunda declaratio.

43 Item † adde, quòd ſi iudex per ſtatutum habe ret arbitrium imponendi omnem pœnam, nō poſſet imponere pęnam perpetui carceris, ſtatutum enim debet intelligi, dūmodo non imponatur pœna à lege prohibita, niſi in caſu, quo de iure ciuili veniret imponenda aliqua pœna, per quam quis efficeretur ſeruus pęnæ, vt in damnato in metallum, quod cum illa pœna non ſit in vſu, poterit etiam ſecularis iudex loco ipſius pœnam perpetui carceris imponere, ſi ex forma alicuius ſtatuti talis pœna imponeretur. Soc. in rubric. de pęn. numero vigeſimoprimo, cum ſequent.

44 Item † adde, quod habens arbitrium cōtra deflorantes Virgines. Angelus in Authentica de leno. per illum text. verſic. caſtitatis furtum.

45 Item † adde, quòd habens arbitrium in condēnando, non cenſetur habere arbitrium in procedendo, ita quòd poſſit terminum maleficis coarctare, vel prorogare, Iaſon in §. bonæ fidei, numero vigeſimoquarto, inſtitution. de action.

Item adde circa iſtam quæſtionem, an iudex habens arbitrium poſſit ſe extendere vſque ad mortem, videndum Monticell. in practica criminal. in regula ſecunda, vbi ponit multas limitationes, & nouiſſime Dominus Proſp. Farinacius in criminal. quæſtion. in quæſt. 17. numero trigeſimoquarto, cum ſequ. vbi latiſſimè more ſuo, ſed iſta quęſtio à tot Doctoribus ita diffuſè, & diligenter examinata eſt ſuperflua; arbitror enim, quod his temporibus, quibus Principes volunt eſſe iudices, nemo iudex reperiatur ita fatuus, qui audeat inconſulto Principe reum ſuo arbitrio ad mortem condemnare. *Baiard.*

remiſſa, nunquid iudex ipſe poſſit [x] *imponere pænam mortis. Reſp. Hæc quæſtio eſt adeò dubia, vt indigeat deciſione Imperatoris, vt dicit Marant. in ſuo Specul. fol. 26. poſt num. 53.* [y] *Nam glo. in §. in ſumma, in verbo, Extraordinaria, Inſtit. de iureiur. tenuit, quod poſſit hoc caſu iudex arbitrari etiam pęnam mortis: & illam gloſſ. in hoc communiter approbari atteſtatur Barbat. conſil. 11. poſt nu. 6. lib. 1. quem refert Dec. in cap. ex literis, poſt num. 14. de conſtit. Bolenc. in repet. l. capitaliū, §. famoſos, num. 29. ff. de pęnis. Et dicit Alcia. conſil. 472. in fi. quod illam glo. ſequuntur communiter Doctores. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Maranta in loco præallegato, quem refert Viuius in libro communium opin. in verbo, Iudic. arbitrio. Et ſecundum opin. illius glo. iudicatum fuiſſe in parlamento Pariſienſi, atteſtatur Papo libro 24. tit. 10. arreſto 2. Contrariam autem ſententiam, quòd ſcilicet hoc caſu non poſſit iudex arbitrari pænam mortis, multi tenuerunt, adeò quòd Dec. ſibi contrarius in l. qui iuriſd. poſt num. 9. verſic. non obſt. gloſſ. ff. de iuriſ. omn. iudic. dixerit, quod illa gloſſ. communiter reprobatur.* [z] *Idem dicit Afflict. deciſ. 276. poſt num. 9. quem refert pract. Carer. fol. 566. num. 212. Gram. conſil. 48. poſt nu. 2 Chaſ. ſuper cōſuet. Burgund. fol. 43. numero 2. Petrus de Soncino inter conſilia criminalia diuerſorum conſil. 98. num. 13. lib. 1. Carauita ſuper 21. ritu magnæ curiæ num. 15. in fi. Menchiaca controuerſ. vſu frequentiū cap. 39. num. 26. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Felin. in cap. inquiſitionis, de accuſat. prout illum refert Villalpand. in repet. l. 22. c. 9. num. 3. Et hæc opin. reuera eſt magis tuta, & mitior: ideòque mihi ſemper placuit: & non putarem in iudicando eſſe ab aliquo modo recedendum. Sed dato etiam, quod eſſet vera opin. illius gloſſ., illa tamen intelligenda eſt, vt procedat, modo qualitas delicti, aut* [a] *circunſtantiarum ſit talis, quòd de iure communi, vel conſuetudine eſſet pro eo delicto pęna mortis imponenda: alias ſecus. Et ita illam gloſſ. communiter limitari atteſtatur Afflict. ſuper 2. par. cōſt. Regni, rub. 10. nu. 22. Hanc etiam eſſe communem opi. dicit Alex. conſil. 121. in fin. lib. 7. quem refert Crauetta conſil. 224. poſt numerum ſecundum, verſic. ſecundò aduertendum, Dec. in d. cap. ex literis, prout illum refert Crauet. conſilio 220. numero 14. Gramm. conſil. 38. poſt num. 8. Don Anton. de Padilla in l. tranſigere, numero 27.* [b] *C. de tranſact.*

12 *Præterea ſi ſtatutum diceret, quòd pro tali delicto iudex imponat pænam centum, vel aliam maiorem, vel minorem arbitrio ſuo, hoc caſu debet iudex imponere pænam ſimilem, & ſic pecuniariam, non autem pænam capitalem. Et iſta eſt ſententia omnium, vt dicit Auguſt. ad Angel. de maleficiis in verbo, Et ibi caput. numero 46.*

x *Poſſit imponere pænam mortis.*] Hunc paſſum diſputat Maranta diſputatione 3. per totam. *Drogh.*

y *Nam gloſſ.*] Hanc gloſſ. ſequuntur Batt. & Ang. in l. ſacrilegi capite, ff. ad leg. Iul. pecul. Alex. conſil. 5. & conſil. 62. vol. 1. Marſil. in l. de minore in princip. ff de quæſt. Salic. in rubr. C. cod. Intellige tamen, quòd nō liceat iudici arbitrari de pœna mortis, aut alia pœna ſanguinis, niſi concurrant qualitates, & circunſtantiæ, quæ ſuadeant talem pœnam imponi: vt per Ioannem de Imol. in cap. vt inquiſitionis, de hæret. in 6. & in l. 2. ff. de publi. iudic. vide Baldum in l. 1. in fin. C. de his, qui latron. vel al. crimin. reos occul. *Guiot.*

z *Idem dixit.*] Alex. Turam. in l. nō puto. c. 3. nu. 63. de iure fiſci, & alia etiam, nu. 73. *Roſſ.*

a *Aut circunſtantiarū ſit talis.*] Supra hac eadē quæſtione, verſiculo oſculum inferens in fine. *Drogh.*

b *C. de tranſact.*] Adde, quod fuerit originale dictum Io. de Imol. in capit. inquiſitione, ſuper gl. in verb. alioqui, de accuſ. vbi dedit talem intellectum ad gloſſ. reputatam ſing. in d. c. §. in ſumma, ex quo ſaluari aliam glo. in l. ſacularij, la 2. in verbo conſiderandum, ff. ad l. Iul. pecul. quæ ſentit, quod pœna extraordinaria, ſeu arbitraria non ſit de pœna capitis intelligenda, vt conſiderauit Dom. Alexander in conſil. 111. columna penult. verſ. & ſecundum, libro 1. & in dicto conſilio 121. col. fin. lib 7. & vide in coll. mea commun. opin. §. iudex, numero quadrageſimotertio. *Grach.*

c *Pænam ſimilem.*] Hoc idem habetur per Iaſonem in l. etſi poſt tres, ſub numero 5. ff. ſi quis caut. Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. centur. 2. caſu 45 ſub numero octauo. Et nota quòd arguis à ſimili, vt non tranſcendas naturam ſimilium: ſimilia namque dicuntur ea,

*45 quorum diuerſi ſunt termini, vna tamen eſt ratio: ſic Deci. conſil. 328. numero 4. circa med. Dixi ad Neguſan. in tractatu de pignor. 4. membr. 2. part. princip. ſub numer. 165. in fi. q. 87. verſicul. punctus eſt propè finem. Adde text. in l. final. Cod. de coll. Vide Melius quàm alibi per Menochium dicto tractat. de arbitr. iud. libro 2. centur. 1. caſ. 84. & aduerte, quia cum certa non reperitur lex, tunc proceditur à ſimilib. Aym. Crau. tract. de antiquit. temp. part. 4. verſ. videmus, n. 35. ad fin. & quomodo procedatur in ſimilibus d. tract. antiq. tempor. part. 4. verſic. tranſeo nunc, nu. 102. non tamen ſemper eſt tutum procedere arguendo de ſimilibus ad ſimilia, idem Menoch. d. tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 238. ſub num. 6. vide, quę in hoc propoſito; dixit Plot. in l. ſi quando, §. 6. ſub nu. 2. ad fin. C. vnde vi; & in hoc propoſito vide Felyn. in c. ceterū, col. pen. extra de reſcript. cōprehendit tamen dictio alius, vel alia, etiam maiora aliquādo, vt per eūdem Fel. in can. nonnulli, col. 28. eodem titul. & in cap. ad audient. poſt princip. de reſcript. & in materia ſimilium recurre ſēper ad eundē Felin. in ca. Capitulum poſt princip. extra de reſcript. & dixit Bald. in l. 1. col. antepen. verſ. ſed iuxta prædicta, C. de furt. quòd ſimilitudo eſt eadem qualitas in diuerſis rebus, & hic adde, quæ dixit Marant. in ſuo ſpeculo, 4. part. iudic. diſtinct. 1. tit. an ſit iudicium ciuile, vel criminale, ſub num. 77. ad finem. Idem Felyn. in cap. ſedes ad fin. eodem titul. de reſcript. *Drogh.*

CONSULTA USO EXCLUSIVO EN LA SALA

13 *Scias* [d] *etiam quod iudex etiam habens arbitrium debet in pænis imponendis ſeruare modum conſuetum. Et ſi pro aliquo paruo delicto, puta leui percuſſione, imponeret pænam nimis exceſſiuam, puta, li. 200. poterit reus appellare, & ſuperior reducet illam pænam ad congruum modum: & ita practicatur, vt dicit Cagnol. in l. vnica, num. 21. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.*

Et [e] *nota in hoc propoſito, quod ſi quis reperiatur condemnatus in contumaciam in pænam arbitrio ſenatus imponendam, & petat à ſenatu declarari arbitrium non ſolet ſenatus id facere, niſi prius ille ſe* [f] *in carcerib. conſtituat: alias enim poſſet declarationem faciendam eludere, præſertim ſi ſenatus arbitraretur pænam corporalem. Et ita in facti cōtingentia concluſum fuit in cauſa cuiuſdam Renty id petentis, qui pro blaſphemia atroci fuerat condemnatus in pęnam arbitrio ſenatus imponendam, 4. Febr. 1556. P. N.*

4 *Aliud* [g] *eſt etiam genus pænarum arbitrium, quæ pæniteutiales appellantur. Et ſunt illæ, quæ ſecundum ſacros canones imponi deberent per confeſſores in foro pænitentiali, ſiue conſcientiæ: nam hodie tales pænæ prorſus abierunt in deſuetudinem, & ſunt remiſſæ* [h] *arbitrio ſacerdotum: & ita communiter tenetur, vt dicit Abb. in cap. at ſi clerici, §. de adulterijs, poſt numer. 5. de iud. quem refert Bermon. de concub. fol. 28. numero 3. Item atteſtatur Summa Angel. in verbo, Confeſſio, §. 6. in princ. Dec. in d. cap. at ſi clerici, §. de adulterijs, num. 6.*

d *Scias etiam.*] Farin. d. q. 17. nu. 18. *Roſſ.*

46 *Scias etiam.*] Adde, † quòd iudices ſemper debent cauere, nè aliquid dicant iudicando, quòd videatur vulgo iniquum, & eius opinioni non applaudeat, quæ eſt quodammodo quoddam ius naturale inſitum naturaliter mentibus cuiuslibet non artificialiter, licet de iure ſcripto poſſit illa vulgi opinio cau[illari]. gloſ. in l. ſi maior annis, C. de tranſact. & Paul. de Caſtro. conſil. 300. num. 1. volum. 2. vt dixi ſupra in quæſt. 55. verſic circa primum.

47 Item adde, † quòd in generali arbitrio dato alicui iudici nō venit poteſtas confiſcandi bona. Decian. in c. 1. in fin. de offic. deleg. Alexā. conſ. 116. nu. 13. vol. 2. & Menoc. de arb. iud. q. 93. nu. 80. *Baiar.*

e *Et nota in hoc propoſito.*) Plot. in l. ſi quando, §. 16. nu. 13. *Roſſ.*

f *In carceribus conſtituat.*] Sic etiam tempore quo fiunt relationes in Senatu, ſolent rei vocari ad carceres, ſupra q. 64. verſicul. pariter etiam ad finem, & de relatione habetur ſupr. q. 40. verſ. ſed nunquid in fin. q. 62. verſic. fama autem ad fin. At licet relatio cauſę habeat vim concluſionis, Capyc. deciſ. 180. nu. 10. tamen exceptio innocentiæ, nūc non eſt excluſa, Dec. in l. etſi nihil, nu. 2. ff. de reg. iur. vide Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſ. 236. ad fin. & ead. centur. caſ. 202. nu. 32.

g *Aliud eſt etiam genus.*)

48 Adde † Menoch. de arbitr. iud. caſ. 391. fol. 366. & ibi, an Sacerdos poſſit immutare pęnas conſuetas, vel à Canonibus indictas, vel à ſummo Pontifice. *Baiard.*

h *Arbitrio ſacerdotum.*) Adde, & fuſius vide per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 361. vbi tres habet extenſiones, pariterque tres declarationes. *Baiard.*

QVÆST. LXXXIV.

Traduntur nonnullæ concluſiones, quas in cauſis criminalibus iudicem ſcire oportere.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Puniri corporaliter nemo poteſt, niſi in delicto dolus interuenerit.*
Statutum diſponens, quòd homicida decapitetur, debet intelligi de homicidio doloſo, ibid.
2 *Plura delicta ad eundem finē tendentia an debeant pluribus pænis puniri.*
Et quid ſi eodem tempore commiſſa fuerint, ibid.
Et quid ſtāte ſtatuto puniente vulnera, ſeu percuſſiones, ibid.
Percutiens clericum pluribus vicibus eodem impetu an incurrat plures excommunicationes, ibid.
3 Et *quid dicendum, ſi cum eodē telo plura vulnera vnico ictu inferantur.*
4 *Et quid ſi delicta ſint diuerſi generis.*
Et quid ſi extent ſtatuta, vnum puniens delationem armorū, aliud puniens inſultum, & aliud puniens vulnera, an ſi quis inſultum faciat, & vulneret cum armis, ſit vnica pęna, vel pluribus puniendus, ibid.
5 *Vulnerans animo tantum vulnerandi, & deinde aſſumēs animum occidendi, & occideus, an puniatur de homicidio tantum, an autem etiam de vulneribus.*
6 Et *an propter reiterationem delictorum, vel conſuetudinem delinquendi quis poſſit grauius puniri.*
7 *Plures delinquentes contra vnum an teneantur omnes in ſolidum.*

Ex Additionibus.

1 *Dolus in delictis quando requiratur.*
2 Et *quomodo probetur.*
3 *Dolus præſumitur modis 123. remiſſiuè.*
4 *Dolus non datur, vbi non eſt cauſa delinquendi.*
5 *Dolus verus, & præſumptus quomodo probentur, remiſſ.*
Dolus dicitur probatus probata violentia.
6 *Dolus quid ſit.*
Caliditas quid ibidem.
Machinatio quid. ibidem.
Fraus quid ibidem.
7 *Cuſtos carceris ratione culpæ poteſt puniri capite.*
8 *Culpa quando puniatur capitaliter, remiſſiue.*
9 *Culpa lata quando æquiparatur dolo.*
10 *Culpa, quando dicatur lata, & latiſſima.*
11 *Statutum puniens homicidiū morte quomodocunq. cōmiſſū habeat locum etiam in homicidio commiſſo ſine dolo.*
12 *Et quid ſi fuerit commiſſum ad defenſam.*
13 *Homicidium ſine dolo commiſſum punitur arbitrariè.*
14 *Statuta pænalia requirunt dolum.*
15 *Pænæ an ſint multiplicādæ, quādo quis plura delicta cōmiſit.*

Reſi-

16 Reſiſtentia facta curiæ an confundatur cum homicidio ſubſequente poſt reſiſtentiam.
17 Delicta quando dicantur plura, remiſſiuè.
18 Vulnus quando dicatur.
19 Vulnus an dicatur tumefactio ab extra ſi intus ſit facta ſciſſura.
Et quid ſi tumor ille aperiatur ferro. num. eod.
20 Statutũ puniens vulnus, an procedat in vulnerante cũ dentibus, cum ſanguine, vel cum armis non offenſibilibus.
21 Accuſatus de pluribus percuſſionibus non expreſſo numero poterit puniri de duobus.
22 Et quid ſi fuerit dictum de pluribus, & pluribus.
23 Et quid ſi de multis.
24 Vulnera plura inferens eodem tempore an debeat vnica tantum pęna puniri.
Et quid ſi fuerint illata vnico ictu, nu. eod.
Vulnerãs vnica percuſſione, ex qua tribus in partibus exit ſanguis, an puniatur pro vnica percuſſione, ex ſtatuta remiſſ.
*24 Statuta a conſuetudine interpretantur.
25 Inſultus, & delatio armorum an confundantur.
26 Cephal. in conſ. 204 impugnatur.
Inſultus, & percuſſio quando confundantur. nu. eod.
27 Delictum minus an confundatur cum maiori.
28 Reiterare delictum quando quis dicatur.
29 Reiteratio delictum aggrauat.
Tortura nõ tollit pænam ordinariã in ſolito delinquere, ibi.
*29 Condemnatio vnius ex pluribus ſocijs alteri non nocet.
30 Statutum puniens pęna mortis furtũ decem ſcutorum, an habeat locum, ſi plures vnam rem furati ſint dicti valoris.
31 Sententia lata in perſonam vnius ex conſortibus delicti, an proſit, noceat ve alijs, remiſſiuè.
32 Socij alicuius furti, vel rapinæ an teneantur in ſolidum ad reſtitutionem, & quid in vtroque foro: & ſi vnus ſatisfaciat in ſolidum, an alij teneantur pro æquis portionibus remiſſ.

QVÆST. LXXXIV.

1 *DIctum eſt de pęnis: nunc de ſententijs pœnalib. videndum eſt. nam in ipſarum pęnarum impoſitione multa ſint, quæ iudicem præ oculis habere oportet, quæ quidem nos hoc loco breuiter attingemus.* [a] *Et in primis quidem ſcias, quod regulariter in pęnis criminalibus nunquam poteſt quis puniri corporaliter, niſi dolus interueniat. Ita dicit Bart. in. l. §. 1. numero 1. ff. ſi quis teſtament. liber. & eſt communis ſententia Doctorum, vt dicit Cæpol. conſil. crim. 33 col. 2. verſic. quod ſic probatur. Neque ſufficeret lata culpa: nam* [b] *in criminalibus, cum agitur de imponenda pęna mortis, vel mutilationis membri, lata culpa aon æquiparatur dolo. Et hanc opin. dicit eſſe communem Iaſ. in l. in actionibus num. 23. & 26. ff. de in litem iur. quem refert Blan. in pract. crim. fol. 56. n. 537. & ſeq. Nunius de los corrigidores, fol. 240. col. 3. in princ. Bermon. loquendo in crimine adulterij, in tractat. de concub. fol. 57. num. 71. Diaz. regul. 540. vbi ponit hanc cõcluſionem pro regula. Claud. in l. 1. numero 33. ff. de legib. Et loquendo de pęna mortis, vel mutilationis membri imponenda, idem atteſtatur Cagnol. in lege contractus, num. 10. ff. de regul. iur. quem refert Villalob. in ſua collecta communium opin. in littera L, iu verbo Lata culpa. Sed certè hoc locum habet non modo ſi agatur de imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, verum etiam ſi agetur de imponenda quacunque alia pęna corporali, ſecundum gl. quę ſimpliciter loquitur in d. l. in actionibus, in verbo, Non etiã ob calpam, quam DD. ſequun-*

ADDITIONES,
Ad Quæſt. LXXXIV.

ET in primis quidem.] Vulpell. reſp. 127. nu. 5. Far. 4. vol. inſpect. 1. q. 88. & quomodo puniatur. ibid. inſpect. 2. & ꝙ lata culpa non ſufficiat, d. inſpect. 1. nu. 20. Item de pœna mortis, vel mutilationis membri imponenda ibi, nu. 12. *Roſſ.*

Et in primis quidem
1 *ſcias.*] Adde, † quomodo in delictis requiratur dolus, ad hoc vt quis puniatur ad mortem. Marſil. in ſing. 176. voluntas, & propoſitum in l. frater tuus, C. ad l. Corne. de ſicar. & quando imponitur pœna pecuniaria pro delicto commiſſo, tunc nõ requiritur dolus, Baldus in l. 1. vlt. col. ff. de leg & Iaſ. in l. iuſtè poſſidet, penui columnn. ff. de acquir. poſſeſ.
2 Item † adde, ꝙ dolus indicijs, & coniecturis probatur, & centum viginti tres modos præſumen-
3 di dolum † accumulauit Luc. de Penn. in l. quemadmodum, C. de agric. & cenſ. libr. 10. de hoc vide etiam Maſcard. de probation. conclu. 530. & 531. Decian. conſ. 32. nu. 3. cũ multis ſeq. vol. 3. & præſumitur in eo dolus, qui aliquod commodum recepturus eſt, vt per Bart. in l. ſi cum exceptione, §. in hac, ff. quòd metus cauſa. Soc. iun. in conſ. 37 num. 30. vol. 2. & Corn. conſ. 65. nu. 9. vol. 3. Ruin. conſ. 2. vol. 3. & conſ. 8. vol 4. Crauett. conſ. 6 & 75. num. 13. Rolan. conſ 35. vol. 1. conſ. 11. nu. 52. vol. 3. Menoch. conſ. 98. num. 22. conſ 99. num 23. Cephal. conſ. 355. nu. 52. volum. 2.
4 Plot. in l ſi quando, num. 259. C. vnde vi. & † vbi nulla adeſt cauſa delinquendi, non datur dolus, vt per Caſtrenſ. in l. Fluminum, §. fin. de damno infecto, & in l. attius, C. de ſeruit. & plenè Foller. in practica cenſ. in verb. Nicolaus Epiſcopus, numero 46 & in quibus caſibus dolus præſumatur, latiſſimè habetur per Menochium de præſumpt. libro quinto, præſumpt. 3. numero 14. cum ſequent. & inter duos dolos in dubio minor dolus eſt pręſumendus, & ideò minus puniendus, Baldus in l. ſi
5 prædium, ſub num. 17. C. de ædilit. action. & † quomodo probetur dolus verus, & dolus præſumptus, Rimin. iun. conſil. 43. num. 44. & conſil. 184. num. 1. cum ſeq. & de dolo vero, & præſumpto, vide etiam Menochium de recuper. poſſeſſ. remed. 15. numero 135. dolus dicitur probatus, probata violentia, Bald.
6 in d. l. ſi quando, nu. 125. & quid ſit † dolus, quid caliditas, machinatio, & fraus, quid dolus pręſumptus, & manifeſtus, Bertazzolus conſilio 374. & ibi Addentes, volumine ſecundo. *Baiar.*

b *Nam in criminalibus lata culpa.*] Adde,
7 † quòd fallit in cuſtode carceris, qui ratione culpæ poteſt puniri pęna capitis, l. ad commentarienſem, Cod. de cuſtod. reorum, & ita per illum textum hanc regulam limitat Suarez in allegationibus ſuis allegat. 27. & ibi verſic. benè facit, ꝙ Bald. dicit, idem eſſe in cuſtode arcis, vide etiam Boer. in deciſione 217. numero 2. vbi ſimiliter tenet in hoc caſu cuſtodis carcerum, latam culpam æquiparari dolo, vt puniatur cuſtos ex lata culpa ad mortem: multos alios caſus, in quibus ex culpa lata, ſine dolo quis puniatur capitaliter
8 ponit † Angel. in l. milites, ff. de cuſt. reo. & Marſil. in l. lex Cornel. ff. ad l. Corn. de ſicar. & Gome. de delict. c. 3. ſub nu. 16. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 14. nu. 5.
9 Item † adde, quòd licet lata culpa æquiparetur dolo in criminalibus, quando eſt pæna pecuniaria; hoc tamen fallit, quando lex, vel ſtatutum facit expreſſam doli mentionem, quia tũc non æquiparatur, ſecundum Plot. in tract. de in lit. iur. §. 6. nu. 32. fol. 91.

Item adde, quòd lata culpa non æquiparatur dolo, quando delictum de ſui natura importat dolum. Ruin. conſil. 2. primo
10 quæritur, num. 6. vol. 5. & quæ ſint † dolus, culpa latiſſima lata, & leuis; & quando culpa æquiparetur dolo, vide Capram in reg. 78. vbi latiſſimè, Alciat. in l. magna negligentia, ff. de verbor. ſignif. num. 4. & ſeq. Rimin. iun. in conſ. 101. nu. 76. Ceph. in conſilio 577. numero 24. volum. 4. & Decian. in conſilio 85. numero vigeſimooctauo, volum. 2. Plottus in lege ſi quando,

tur, teſte Marſ. conſ. 67. nu. 40. [c] *Et ex hac concluſione infertur, quod ſi ſtatutum diſponat, quòd homicida ſit decapitandus, debet intelligi,* [d] *dummodo homicidium ſit commiſſum dolo, non autem, culpa. Et eſt communis opin. vt dicit Iaſ. in d. l. 1. num. 70. ff. de legib. & in d. l. in actionibus nu. 26. quem refert Viuius in lib. communium opin. fol. 239. verſic. ſtatutum diſponens, Dec. in d. l. in actionib. nu. 20. quem refert Plottus in repet. l. ſi quãdo nu. 765. Curt. Iun. in l. fi. num. 9. ff. quod quiſque iur. Menchiaca controuerſ. illuſt. cap. 96. num. 32. Et hoc receptiſſimum eſſe atteſtatur Alciat. in l. magna negligentia, ff. de verb. ſignific. Faciũt, quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium. verſic. Culpa dicitur.* [e] *Pro culpa uerò punitur delinquens, quãdo culpa præceſſit delictum: Et ita dicunt communiter Doctores, vt dicit Anan. in capitulo de infantibus, nu. 4. de ijs qui filios occid. Reperio tamen aliquos tenuiſſe, quòd etiam pro* [f] *lata culpa poſſit quis corporaliter puniri, licet non eadem pæna, qua poſſet puniri pro dolo, ſed alia leuiore. Et hanc opi. dicit eſſe communem Maranta in ſuo Spec. fol. 26. nu. 59. in fin quam ego etiam quãdoque vidi in Senatu obſeruari: ſed regulariter pro culpa non ſolet aliquis corporaliter puniri. Quæ autem dicta ſunt de pæna corporali, eadem locum habent etiam in pęna infamiæ:* [g] *nam condemnatus propter culpam non efficitur per talem ſententiam infamis. Ita tenuit d. glo. in d. l. in actionibus in verbo, Non etiam ob culpam, & eſt communis opinio, vt dicit Rom. ibi nu. 16. Fama enim, & vita æquiparantur. Faciunt ea, quæ dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidium, ver. Idemque & multo.*

Scias [h] *etiam, quod regulariter Plura delicta ſimul concurrentia, omnia puniri debent. Ita colligitur ex tex. in l. nunquã plura, ff. de priuat. delictis. Hæc tamen concluſio non eſt ita generaliter intelligenda, ſed pro clariori ſolutione diſtinguendi ſunt aliqui caſus. Primus eſt quando quis plura delicta eiuſdem generis committit, puta, quia plures percuſſiones, vel plura vulnera infert alicui: & tunc ſi quidem id facit ex interuallo, omnes fatentur, quod pluribus pænis eſt puniendus pro numero percuſſionum illatarum, vel vulnerum: & ita videtur ſenſiſſe gloſſ. in d. l. numquam plura, in verbo, occiderit, quæ in hoc communiter approbatur, vt dicit Boer. deciſ. 82. numer. 10. præſertim ſi propter iterationem delicti interſit partis offenſæ. Et ita de facto ſeruari atteſtatur Alberic. in 2. par. ſtatut. q. 24. num. 4. Si verò illa inferat eodem tempore, tunc aliqua eſt controuerſia inter ſcribentes. nam gloſ. præalle-*

quando nu. 258. C. vnde vi, Tiraquel. cauſ. 14. nu. 6. & 7. & ad hanc regulam, quòd lata culpa in criminalibus dolo non æquiparetur, ponit decem limitationes Diaz epiſcopus in reg. 540. *Baiard.*

c *Et ex hac concluſione infertur.*] Far. vbi ſup. nu. 25. *Roſſ.*

Et ex hac concluſione.]
11 Adde, † quòd iſta doctrina non procederet, ſi ſtatutum diſponeret, quòd pro homicidio quocunque modo cõmiſſo, quis pœna mortis puniatur, ſecundum Salycet. in l. 2. nu. 12. C. de noxal. cuius ſententia videtur ab omnibus approbata in l. 1. §. nunciatio, ff. de ope. nou. nunciat. Dec. in rubr. extra. de prob. nu. 11. & Menoch. de arbitr. caſ. 324. n. 14. Gozad. conſil. 5. n. 7. Natt conſil. 160. num. 2. Rim. iun. conſ. 101. num. 14. quam limitationẽ per bonas rationes rectè improbat Barthol. Romul. in l. vt vim, nu. 192. verſ. ſed huiuſmodi limitatio, quem refert, & ſequitur Hieron. com opin. cent. 4. concluſ. 63. & licet opi.
12 Salicet. eſſet vera, † non poſſet procedere in homicidio commiſſo ad defenſionem. Becc. conſ. 51. & Viu. commun. opin. verb. ſtatutum imponens pœnam corporalem: ſed doctrin. Salic. ſecundũ Bertaz. in conſilio 76. nu. 57. vbi multos alios idem tenentes accumulauit, eſt iniqua, & fuit reprobata;
13 & † homicidium ſine dolo committens, arbitrio Iudicis punitur, vt per Menoch. in d. caſu 324. num. 12.
14 Item † adde, quod ſimiliter leges, ſiue ſtatuta contra inuadentes, accipientes, aut occupantes poſſeſſionem, vel bona alterius; vel contra præſumentes, aut falſificantes aliquid; non habent locum, niſi contra inuadentes, aut arripientes, vel occupantes, vel præſumentes, aut falſificantes dolo malo, & etiam ſaltem requiritur lata culpa ad hoc, vt quis pœna pecuniaria puniri poſſit, Marſil. ſing. 287. Alexand. conſ. 64. column. finali, volumin. 3. & Plott. in lege ſi quando, §. ſecundo, numero vigeſimoſecundo. *Baiard.*

d *Dummodo homicidium ſit commiſſum dolo.*] Hinc ſumitur vera interpretatio ad ſtatutum noſtrum Pallauicinum in criminalibus lib. 2. rub. de homicidio, dum dicit, quod quæcunque perſona qualitercunque homicidium commiſerit, condẽnetur in amputatione capitis; nam talis pœna locum non habet, dolo non interueniente: & ea dictio qualitercunque, & quomodocunque intelligitur, & refertur ad ſpecificata; videlicet ſi homicidium commiſſum fuerit, ſiue per ferrum, ſiue per venenum, ſic & dictum ſtatutum, quicquid aliter ſenſerit Sal. declarat. Dec. in l. in actionibus, num. 20. poſt med. ff. de in lit. iur. tractatur autem hæc materia melius quam per Doct. Ethic. lib. 3. c. 3. Dixit Menoch. de arbitr. iud. libro 2. centur. 4. caſ. 324. opinio autem Salic. eſt reiecta, quicquid in ambiguo relinquat Menoch. loco iam citato, num. 14. vt ibid. per Dec. & hinc aduerte Iudex, quod ex quo delictũ culpoſum tantum non punitur, prout delictum dolo commiſſum; ne in inquiſitione ponas, delictum culpa tantum factũ fuiſſe deliberatum: quia quoties elideretur per reum inquiſitũ qualitas illa deliberata, veniret abſoluendus, nec fortè condemnandus eſſet aliqua pęna, de qua hic, & vt habetur ſupra in §. homicidium, verſ. culpa ex his, quæ dixit Boſſ. tit. de inquiſitione, nu. 82. cum ſeq. & tit. quomodo procedatur per actionem in delict. ſub num. 40. argum. text. in l. ſeruus ſeruum, §. ſi oliuã, §. octauenus, ff. ad l. Aqui. Dec. conſ. 83. nu. 2. cũ ſimil. & quæ dixit Felin. ex mente Aug. in cap. ſedes, coll. 7. de reſcript. quem citaui in propoſito, infra ad q. 94. per Ceterum: idem Fel. in c ex parte, el 1. coll. mihi 15. ſub verſ. reſtringe 2. ibi, 2. modo procedit impugnatio domini mei, de reſcript. *Drogh.*

e *Pro culpa verò.*] Farin. volu. 5. q. 126. p. 2. num. 66. & ſeq. & q. 110. volumine quarto, numero 35. *Roſſ.*

f *Lata culpa.*] Item lata culpa, an & quando ſit punibilis, vide per Angel. de Aret. in §. quia autem, n. fin. inſtit. vi bono. rapt. vbi etiam quid de leui, & leuiſſima, relatiuè, vide. *Giacb*

g *Nã condẽnatus.*] Far. volum. 1. quæſtione 30. *Roſſ.*

Scias etiam.] Adde in hac materia, quando plu-
15 ra † delicta in foro contentioſo, & in iudiciali pluribus pœnis ſint vendicanda, Socin. in cap. ea, quæ, nu. 12. de pęn. vbi diſtinguendo poſuit nouem principales caſus, & hanc materiam multum diffuſè tractauit, & vide Alexandrum de Neuo in conſilio 93. vbi quidam rapuerat mulierem, & furtum fecerat, & muros ciuitatis aufugiendo tranſcenderat, & quaſdam clauſuras aperuerat, & conſuluit, quòd pluribus pœnis debebat puniri, cum non tollatur pœna vnius delicti, pœna alterius delicti; ſed quando omnia delicta habent præambulum neceſſarium ad illud delictum, tunc pœna vnius, tollit pœnam alterius: & in hac materia vide etiam Bertazzolum in conſilio ducenteſimoquinto, & & ibi addita, & Ioan. Bologn. in conſilio trigeſimotertio, vbi
16 etiam habetur, an reſiſtentia † facta Officiali Curiæ confundatur cum homicidio ſub ſequenti poſt reſiſtentiam, & quo-